BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 44r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



temptationem. passionem. sepulturam. resurrec
tionem. ascensionem. aduentum spiritus sancti. fidem gentium
credebant et confitebantur. Nos haec omnia
iam facta. neque ulterius fienda credimus et confi
temur. At tamen eo tempore quo erigebatur
tabernaculum. omnes ad inuicem cortinae nectebantur.
Quia cum uniuersa catholicae ecclesiae pulchri
tudo ab initio usque ad terminum saeculi perpenditur.
profecto quasi una decem cortinarum connexio
tabernaculum domini condecorat.

Ansulas hyacinthinas in laterib; ac summitatib; 5
facies cortinarum. ut possint inuicem copulari. 5

Hyacinthum diximus quoniam aerii coloris est. caelesti
um bonorum significationi congruere. Ansulis
ergo hyacinthinis cortinae inuicem copulantur.
cum unica spes supernae beatitudinis omnia per orbem
corda electorum in una eademque deuotione coniungit.
Quae uidelicet ansulae apte dicuntur. quia non solum
in laterib; cortinarum. uerum et iam in summitati
bus hoc est extremis angulorum terminis fieri
deberent. Neque enim uita tantum et operatio
sanctorum communi ad perfectionem itinere recte
intentionis properat. sed ipsum quoque initium
bonae conuersationis. quod per confessionem fidei